

mandavit, inter quos primus nominatus est Antonius Filiolus Archiepiscopus Avenensis, qui post interruptum sub Paulo Papa III. sacrum Concilium, cuius Synodica deliberationis aucteriticum exemplar Aquas-sextias reveritus, in Archiepiscopale archivum ab Angelo Mifarelo saecili notario acceptum retulit: quod ibidem vistur, atque inde transumptum, superius una cum aliis sacris Patrum deliberationibus produxit. Filiolus vero non multo post suum in Gallias redditum diem obiit exterritum. Distinctaque in diversa loca correctoribus deputatis, correctiones illae nunquam in publicam deinceps lucem prodierunt.

6. Enimvero dubitari nullo modo potest, eo ipso tempore, quo Tridentina Synodus ipsum istud decretum de recipiendo facorum librorum partibus procedebat, simulque onus corrigerendorum mendorum & abusuum, qui in sacros libros subterferant, electis correctoribus imponebat, sacra vulgata editionis Biblia tot mendis scatuuisse, ut nullum prorsus Latinorum Bibliorum exemplar ab innumeris mendis immune fidelium manibus terretur. Itaque non potuisset illis hoc statuere, quod multis in mente venit; videlicet omnes hujusmodi Bibliorum particulas & voculas absque ulla exceptione sacras esse atque canonicas. Sane illo ipso saeculo Platinianae editionis vulgata Biblia ad fidem vetustiorum manuscriptorum tota Europa conquistorum excusa, certeque emendatoria judicabant sapientes doctique viri, & praecunctis alius castigatis: Et tamen post Platinianam editionem, aliasque temporum illorum satis castigatas & elaboratas, & post Concilii Tridentini aetatem, prodiit iussu Sixti Pape V. nova & castigator Latinorum Bibliorum editio. Quia tamen non contentus Clemens VIII. Pontifex alteram multis locis correctionem, quam fuerat Systina, concinnari fecit Bibliorum Latinorum editionem, que nunc praevalit. Et tamen Sixti V. constitutio anno edita 1589. cuius est initium: *Aeternis ille calestium, quam Bibliis suis cura correctis praefixat, ita loquitur: De Apostolice autoritatis plenitudine statuimus ac declaramus, eam vulgatam Sacram tam veteris quam novi Testamenti editionem Latinam, pro authenticâ a Concilio Tridentino receptam, sine illa dubitatione ac controversia confirmam esse hanc ipsam, quam nunc prout optime fieri potuit, emendatam, & in Vaticana typographia impressam, in universa Christiana republica, atque in omnibus Christiani Orbis Ecclesias legendarum evalgamus.* Eamque nunc demum Apostolica nobis a Domino tradita auctoritate comprobata, pro vera, legitima, autentica, & indubitate, in omnibus publicis privatibusque disputationibus, levionibus, predicationibus, & explanationibus recipiens, & tenendum esse.

7. Ea tamen Sixti constitutio nihil obslit, quo minus postmodum Clemens VIII. post Sixtinam editionem, aliam novam priorem illa emendatiori edit curaverit, multis tum additis tum detracitis vocabulis, aliquis passim transpositis, nonnullis etiam fidei doctrinam non concernientibus, apertam etiam contrarietatem seu contradictionem habentibus, ut affirmat ipsa Clementis bullaria, quam refert post Sixti bullam collector bullarum Cherubinus in suo Bullario. Dicendum itaque, Sextum emendatiora quam antea erant Biblia supeditasse, non tamen ab omnibus expurgata mendis: neque per id posttestam futuris Pontificibus fuisse praeceptam castigatores codices publicandi. Hoc vero unum intendit tam Sextum quam Clementem, novam quam uterque exhibebat editionem, fuisse his que precesserant, expurgatorem: & præterea si quid posset eis posthac de novo emendari, id omne indifferens esse ad sanam fidei doctrinam.

8. Quin etiam subinde post Clementinam Bibliorum editionem, Franciscus Lucas Theologus & Decanus Cathedralis Ecclesie Audomarense, libellum editit contingenit plures lectionum varietates, quibus perfectior redi posuit ipsa Clementis editio, si accederet alterius Romani Pontificis auctoritas. Collegio autem Francisci Lucas comprehendit quatuor mille & amplius loca, quæ in Biblis a Clemente correctis ulterius, ut ipse existimat, possent emendari. Idemque in epistola hujus collectionis dedicatoria refert ex litteris ad seipsum scriptis Roberti Bellarmiini Cardinalis & Joannis Bapt. Bandini, quorum opera Clementis usus fuerat in edita a se Bibliorum correctione, *Sacra Biblia per illam Clementinam, que de typographia Vaticana paulo ante prodierat, editionem, nequum esse accuratissime correcta, & superesse non paucâ, que adhuc in melius mutari possent.* Hujus quidem Clementinae prædicta editionis, quæ ab ipius Pontificis correctoribus præfixa est, profitetur: *Hanc editionem pro humana infirmitate omnibus numeris absolutorum difficile esse affirmare.* Iste Franciscus Lucas alteram quoque proculis collectionem, quæ correctiones plusquam ter mille recentet, quibus Sixti editio Bi-

bla vulgata, quæ tempore Concilii Tridentini erant in communione totius Ecclesie usu, defecavit. Quisnam igitur hominum asserter autem, in Biblis, quibus Tridentini Patres & reliqui tunc temporis fideles utebantur, nullam vocem aut particulam extitisse, quæ non esset divina auctoritas? Aut quis poterit hoc idem de Sixtina correctione afferre, cum in sequens Clementina correptione quāplurimam Sixtinam correctionis loca insuper emendat, & exhibiti ab ipso Clemente correctores, aliqui pietate doctrinique in primis conspicui Doctores pleraque loca, quæ in Clementinis codicibus supersunt, mendosa esse pronunciant, & perspicuis argumentis probent?

9. Sancti veteres Ecclesie Doctores nobis aperte suffragantur. Hieronymus qui scribit nomen *Jeremie*, quod etiam nunc legitur Matth. 27. vers. irreprobus pro *Zacharie*. Epiphanius adversus heret. in saecula Epicureorum aperte scribit, esse mendum libratorum id quod etiam nunc legitur Matth. 1. vers. 11. *Josias autem genuit Iechoniam & fratres eius.* Et iterum Hieronymus nomen *Ioseph*, quod legitur Matth. 3. vi. 3. credit esse additionem: *Nos (ait) nomen Ioseph putamus additum scriptorum virtu: quod & in aliis probare possumus.* Sic illi. Alii insuper prisci Patres de quibusdam aliis Scriptura locis expostulant, fuisse ex scriptorum virtu depravata. Ut alii quoque graves & orthodoxi, atque antiqui illi, recentiores, qui tamen ante Tridentinum Concilium scripsere, Nicolaus Lyranus, Alfonius Tostatus, Hugo Cardinalis, Thomas Cajetanus, Dionysius Carthusianus, aliqui contendunt, diversa per inadvertentiam libratorum irreputile in sacros libros menda. Sed in his non remotor, ut ad illos progrediatur, qui post Tridentinum Concilium probatissimis scriptis Ecclesiam illustrarunt.

10. Iustusmodi sunt Joannes Maldonatus, Ludovicus Lipomanus Episcopus Veronensis, Andreas Mafius, Cornelius Jansenius Episcopus Gandavensis, Joannes Gagnatus, Alfonius Salmeron, Cesar Baronius Cardinalis, Jacobus Tirinus, Nicolaus Seratio, Gaspar Sanctius, Cornelius a Lapide, Franciscus Ribera, Dionysius Petavius, Jacobus Salianus, Torniellus, Robertus Bellarmiini Cardinalis, ne alios confende prolixiorum. Sunime Deus: quales & quanti viri, in quibus eximia pietas, profunda eruditio, sublimis sapientia de palma inter se contendunt! adeo ut licet aliquis unum aut alterum locorum, que illi in vulgata Latina editione deputata afferint, a deprivazione tamen vendicare forteat queat, hoc saltem superfit, tantorum Ecclesie præcipitorum ornamentorum luminisque iudicio Concilium Tridentinum, quod illi omnes præcipua colabent veneratione, & cui contradicere placuerit credidissent, minime judicasse, singulas voculas particulas, nulla excepta, prout in vulgata editione Latina reperiunt, esse canonicas ac Divine auctoritatem.

11. Vulgati Codices Latini Iosua 21. v. 36. sic enunciant: *De Tribu Ruben ultra Jordanem contra Jericho, civitates refugii Bofor in solitudine, Misor & Jaser, & Jethson, & Mephaat, civitates quatuor cum suburbanis suis, Nicolaus Serarius & Societate Jesu, conuenti in hunc locum, admonet in primis ex precedenti cap. 20. versu octavo, alisque Scriptura locis, ex his tribus Rubenitarum urbibus, eam solum, quæ hic vocatur Bofor, esse refugii. Sed hoc toto capite confunduntur urbes Levitica cum urbibus refugii: utique defectus non aliunde profici potuit quam ex scribentibus inscrita. Quod est etiam observandum in aliis ceterarum Tribuum hic recentis civitatibus. Etenim ex quadriginta & octo Levitarum urbibus, civitates refugii non amplius quam sex fuerunt a Deo assignatae in universa distributione Israelitarum: quamvis in hujus capituli vigesimi primi vers. 21. 27. 32. 36. & 37. promiscue & indistincte omnes illa recentes civitates vocentur refugii. Addit Serarius nomen *Misor* in vulgatum Latinum contextum versu trigesimo sexto, ex margine irreprobus. Addit præterea vel eadem esse Jaser cum Cademoth, vel cum inveniente civitate Jethson, sed probabiliter esse Jaser huc per errorum immigratis vice Cademoth. Idemque Serarius verba ita subnecit: *Hinc apparet videtur aliunde textum hunc tam in Latinis, quam in Gracis, quam in Hebreis exemplaribus infinitum, quod nondum habemus cariarum satis.* Alphonius vero Tostatus hunc scopulum industrie vitavit: textum enim vulgatum hujus & sequentium versiculorum ex historica alliarum scripturarum veritate corrigens, non alter proponit nisi in singulari numero civitatem refugii, qualis ponitur inter recentias ultimo loco, non vero civitates refugii: quia reliqua anteas denominata Levitica tantummodo sunt.*

12. Gaspar Sanctius ejusdem Scriptor Societatis, qui suis commentariis universam pene Scripturam elucidavit, ad librum quartum Regum capite decimo quarto, numero decimo octavo & sequentibus multa diffuse admodum hac de re retractat, & pro fundamento regaliam

gulam istam profert: *In Bibliis vulgatis fuisse multa, & nunc etiam esse non paucâ, que scriptorum, & librarium incuria sensim irreperunt, que mutata sunt & corredita a Sexto; & multa etiam relata, que cum mutantur viderentur, consilio tamē relata sunt.* Eodemque loco Sanctius obseruat: *Hieronymum in sacra Scriptura (qualem etiam post Sixtinam correctionem habemus) librarium incuriam reprehendi, ut Ioseph capite trigesimo secundo, & Matthaei 1. ubi sermo est de Iechonia: & Canum libro undecimo de locis Theologicis multa observare errata in Numeris, ex eorum incuria qui olim sacros libros transcripserunt.*

13. Addit Sanctius, sepe in Biblis contingere, ut una dictio a descriptore pretereat, quia alia ei similes coniuncta est. Et profert ex pluribus (sic enim loquitur) exemplis paucâ hec etiam post Pontificiam correctionem. Hebr. 12 vers. 2. Propositum sibi gaudio, cum tamen iusta Codices Gracos legendum velit: pro propenso gaudio, etri *τριηκούνισ αὐτῷ Χαρά*, ut legunt Chrysostomus, Theodosius, Theophylactus, OEcumenius. Sic. Rom. 11. investigabiles dicuntur via Domini, pro ininvestigabilis. Ante vero Sixti correctionem legebatur interpretabilis, at nunc ininterpretabilis. Grece *τριηκούνισ*. Et Ps. 118. nunc temporis etiam legitur, præveni in maturitate, pro contrario vocabulo, in immaturitate, hoc est in tempore rondoni opportuno. Adjungit præterea, *Sanctum Hieronymum ad locum Ioseph 42. Educet in veritate iudicium, observare hunc locum mutilate legi apud Mattheum capite duodecimum, omisssis istis, non erit trifis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: Idque scriptoris errore contigit qui hanc vocem (iudicium) repetitam in illo Ioseph loco non adverterit; ideoque semel tantum per inadvertentiam posuit, omisssis verbis intermediis. Quam observationem idem repetit Hieronymus ad Aglaiam quies.*

14. Deinde prosequitur Sanctius adjungens, Matth. 1. secunda genealogia Christi tessera decadē fuisse omisssis non ab Evangelista, sed a parum cauto descriptore tres fratres Ochostiam, Joam, & Amasiam; ob vicinitatem & similitudinem nominum Ochostia & Osa, ut inconsulto scripterit aliquis antiquarius, Joam genuit Ochostiam, pro Joam genuit Ochostiam: quod proclive erat, quia preter reliquam conformatitam habent haec duo nomina eamdem litteram initialem O, nec differunt nisi una intermedia littera.

15. Similiter probare & persuadere nititur Sanctius: In tertia tessera decadē scriptum fuisse a Mattheo Evangelista: *Iosias genuit Iechoniam, & post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Iechoniam, et quod Joachim filius Iosie fuerit etiam denominatus Iechonias, ut volunt Hieronymus in hunc Matthei locum (quem idem sanctissimus Doctor afferit ab exscriptoribus depravatum).* & sanctus Ambrosius libro tertio in Lucam ad finem, & sanctus Epiphanius in hæresi Epicureorum ad finem, qui simul depravationem quoque ab exscriptore hic factam afferit. Hoc sequuntur testimonium prætentis hujus depravationis præter Sanctum, Tostatum Abulensis, Jansenius Gandavensis, Mariana in caput primum Matthaei, Garzia Galeriza libro octavo, capite tertio. Difficultates porro, quæ opponi possunt circa numeros tessera decadēs nominum, Sanctius abunde conatur explanare.

16. Cornelius Jansenius Gandavensis Episcopus in sua ad Granvellanum Cardinalem epistola, quam editis a se in Ecclesiastici librum commentariis præfixat, meminit quidem hujus Tridentini decreti: quia tamen aliam est, quam a vulgo existimari posset, itius decreti mentem ac scopum intelligebat, sic ibidem de Ecclesiastici libro loquitur: *Hic liber pro ceteris Scriptura libris & infelicitus apud nos versus est, & corruptissimus est in pluribus locis.* Deinde identem per universum commentarii sui Opus pronuntiat & ostendit: *Translationem quam nunc habemus, vitiatam & corruptam est se pluribus locis, ad singula capita libri; neque Larinum dumtaxat, sed etiam Gracum exemplar.*

17. Alfonius Salmeron, unus ex primariis S. Ignatii Loyolæ sociis, qui Tridentino Concilio summo habente Pontifice interfuit, & Joannes Gagnatus Comment. in Act. Apostol. cap. 27. v. 6. ambo scribunt: *Eo loco per errorem irreprobus Lystram Lycia in Latinis vulgatis, quem scribendum esset Myram Lycia; sicut habent Graci Codices, & legent Chrysostomus, atque Graci patres: cum sit certum, Myram esse in Lycia: Lystram autem hic collocet in provincia Lycania.* Itam Salmeron & Gagnatus sententiam referunt Lorinus comment. in Act. Apostolorum cap. vigesimo septimo.

18. Joannes Maldonatus ejusdem scriptor Societatis comment. in Matth. 1. vers. 11. ait: *Hunc versiculum ejus scriptorum virio depravatum, & sic legendum est: Iosias autem genuit Joachim & fratres eius, &c.* Deinde vers. 12. similiter ipsius iudicio depravatum sic esse legendum: *Joachim autem genuit Iechoniam.* Idemque Maldonatus Matthaei vigesimo septimo verso non docet: *No labassut, Notitia Ecclesiastica.*

men *Jeremie*, quod ibi legitur fuisse ab aliquo indocto margini appositorum, deinde ab altero aque imperito translatum in ipsum textum, cum tamen memorata ibi propheetia non sit *Jeremie*, sed *Zacharie*. Itam circa hunc locum sententiam Maldonatus communem habet cum sancto Hieronymo & Cornelio Januenio Gandavensi, commentariis in hunc ipsum locum; ut taceam Lyratum, Hugonem Cardinalem, Dionysium Carthusianum, qui fuerunt in eadem sententia ante Synodum Tridentinam.

19. Jacobus Tyrinus ejusdem Scriptoris Jesu, i. Paralip. capite quarto, verbo vigesimo secundo, haud satis probat versiones itas: *Qui stare fecit Solis, ut viros mendaci, & securum & incendentem; cum sint nominum propriorum Iohannem, & Caphas, & Ioa.* Quin etiam adjungit: *Vocem Solis, que legitur in omnibus vulgatis etiam ultimo correctis Bibliis, fuisse olim infertam a scolio, deducitamque ex aliis Iudeorum fabulis.* Idemque Tyrinus, nec non ex eadem Scriptoriis Jacobus Salfianus ad annum 1350. numero quinto & sequentibus, atque Dionysius Petavius ratione temp. part. 2. cap. 11. Cajetanus in 2. Paralip. & Torniellus in annalibus unanimiter omnes scribunt in libro secundo Paralip. capite vigesimo secundo, versu secundo: *Mendax legi tam in Latinis quam in Hebreis voluminibus, quadraginta annos annos, pro duobus & viginti, sicut habetur 4. Regum capite octavo, versus vigesimo sexto.* Cornelius a Lapide comment. ad lib. Paralip. capite vigesimo secundo, aperte affirmat, esse ibi mendum numericum, & contrarias rationes solidè reficit, additque, idem affirmit a Bellarmino Cardinali meritisimo in manuscripta concordia annorum Irael & Juda, quam penes se habet. Deinde sic ait: *Plura in editione vulgata a Romanis correcita sunt, & corrigi possent, ut ipsi correctores in prefatione fatentur.* Sic multi aemunt Cainam a serie generationum in genealogia Christi; cum tamen eum constanter habeant omnia Graeca, Latina, Syria, & Arabica exemplaria, Luce 3. vers. 36. Haec tenus Cornelius a Lapide. Qui idem scribens in Paulum, huc ejus verba Roma. 5. *An ignorans fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? mendax esse ait, & corrigitur ex Graeco exemplari, in Christum. Atque ita Latine reddi apud Tertullianum libro de resurrectione carnis, Similiterque legendum est in mortem: utrumque enim habent Graci prototypi, eti Xerxes, & eti rex Satyros autem, ut sit sensus genuinus exploratique, nos per baptismum inferi in Christum, & in ejus mysticum corpus coalescere: nec non per immersionem fideles quoque in similitudinem & representationem mortis & sepulcrorum Christi consecrari & conformari. Similiter Franciscus Ribera in caput duodecimum ad Hebreos hunc locum mendax legi allearerat: *Qui proposito sibi gaudio sustinuit crux.* Cum tamen propositio ita pro duplicitate esset, ut ipse existimat juxta Gracum exempliarum, autem pro *χειρὶ τοῦ προκείμενου αὐτῷ Χρέως*.*

20. Alofius Lipomanus Verona Episcopus & Andreas Mafius intricati ambo perplexis difficultibus conciliantur cum narratione Moyis ea, que perhibet sanctus Stephanus de vocatione & migratione Abrahami; nodum quasi Gordium excindere facilius, quam solvere dixerunt, & scripserunt: *Antiquarios exscribendo Actuum caput septimum sive per incuriam, sive per imperitam audaciam vitare.* Non defant tamen rationes concordiores cogitantes.

21. Cesar Baronius Cardinalis de Ecclesia optimo eximieque meritus, rationibus quibusdam Chronologis adductus, afferit ad Christi annum 59. subesse membrum in omnibus Pauli Apostoli exemplariis, 2. Timoth. 4. vers. 20. *Trophimam autem reliqui infirmum Miletum, cum autem dicendum Melita.*

22. Prae cunctis Bibliorum editionibus præcipuum certe laudem ac venerationem meretur Latina vulgata, a melioribus & sinceroribus ingeniis ceteris omnibus translationibus prælata, quamque universa Ecclesia reliquis omnibus posthabitatis complexa est: Nec minus tamē supra censiti Catholici gravissimum Doctores, aliqui quorum mentione superfedeo, ipse illi, qui Sixti & Clementi iussu vulgatum editionem exactius quam antea correxerunt, hoc de ipsa in prefatione, quam Bibliis a se correctis premiserunt, testati sunt: *Non posse affirmari, quod si hec editio omnibus numeris absoluta, aque in his non paucâ relata fuisse, que mutanda videbantur.* Nimirum quia menda nonnulla sic ab antiquo irreperant, ut nulla suppetarent exemplaria his modis taxata. At vero sapientis veterum librorum & maxime factorum recognitoris est, nihil ex propria mente innovere: sed cuncta ad fidem vetustiorum & optimorum exemplarium exigere, quantumvis possit videri ab antiquis non quidem Autoribus, sed Exscriptoribus alteratus locus.